

(2) Solis calefactionem miratur merito Siracides *A* *tatum reliquarum. Verum quid eadem in morte?* Psal. XLIX, 9. Matth. XVI, 26.

(3) Nil omnino se solis subducere potest illustrationi. Christi notitiam effugere potest nihil: Joh. XXI, 17. XVI, 30. Imprimis fervida hic reddit nostra corda: Luc. XXIV, 32.

USUS E VERSU VIII. seqq.

(1) Verbi divini, quo Deus & se, & suam voluntatem, & cuncta simul patefecit opera, pretium est prorsus inestimabile. *L. de Scriptura S.*

(2) Quod notitia naturalis expedire non potuit, id revelatio perficit saluberrime.

(3) De Verbi perfectione, autoritate, operatione & efficacia, firmitate, illuminatione, rectitudine, exhilaratione, &c. plura in *L. de Verbo Dei & Scriptura S.*

USUS E VERSU IX.

(1) Optima & unica credendi vivendique regula est rectum Dei verbum revelatum.

(2) Securissima letitia est, qua ex Dei verbo proficiscitur. Hunc si novimus in Christo placatum ac faventem Patrem, hujus Filium si credimus germanum Fratrem, hujus Spiritum si in corde sentimus habitantem, suavissime delitari possumus, ut ut cuncta nobis sint adversa.

(3) Longè aliter oculos mentis illuminat Dei verbum, quam scripta Philosophorum acutissima, vel oratorum verba exquisita. *L. de verbi efficacia divina & interna.*

USUS E VERSU X.

(1) Timor (Dei tanquam virtus primi præcepti) vel etiam cultus in genere divinus, in se non tantum puritate gaudet inculpabili, verum etiam doctrina, timorem istum tradens.

(2) Omnia corruptioni subjecta, nec non mutationibus, præterquam Deus cum suo verbo. Esto, mutari ceremonias *V. T.* non tamen mutatur voluntas, ceremoniis illis hoc illudve mysterium adumbrans. *vid. Gal. IV, 1. seqq.*

(3) Etiam si humana ratio alicubi taxare audeat nimium vel rigorem, vel gratiæ laxitatem nimiam, Justitiam tamen deprehendunt pii perfectam, si non plene hic, aut tamen illic: *Luc. XV, 2. 29. Matth. XX, 13.*

USUS E VERSU XI.

(1) Auri ingens semper fuit pretium, sicut & facult.

PSALMI XX. DISPOSITIO.

Magistratus felix. Votum pro regibus. Vota regis.

Formula hæc precum pro magistratu publicarum (belli præsertim tempore v. 6. 8.) continet I. desiderium (1) exauditionis: v. 2. ubi exaudiens, *Jehova*, nomen Dei Jacob. Exaudiendus, *Rex* (Dei unctus è v. 7.) Tempus: *dies angustiae*. *ibid.* (2) Exaltationis, è miseriarum voragine vel gurgite: *ibid.* (3) opitulationis: *mittat auxilium tuum è sanctuario*. v. 3. (4) Corroborationis: *fulciat te ex Zion*; *ibid.* (5) susceptionis: *recordetur munerum victimarumque tuarum* v. 4. (6) donationis: *det tibi secundum cor tuum*: v. 5. (7) directionis: *impleat consilium tuum*: *ibid.* (ubi inferitur promissio celebrationis; *cantabimus ob salutem tuam*: v. 6. animosæ pu-

gnæ: *in nomine Dei nostri vexilla erigemus*: *ibid.*) & *impleat petita tua*: v. 6.

II. Fiduciam divini favoris: *nunc novi, quod Dominus salvet unctum suum*: & *quod exaudiat eum &c.* v. 7.

III. Oppositionem belligerantium: ubi (a) *hostes* describuntur ab *equorum curruumque* copia, inque iisdem fiducia, nec non à subsecuta prostratione. v. 8. 9. (b) Pii verò *Israëlitæ* à fiducia & invocatione Dei veri: *nos recordamur nominis Jeh. &c.* v. 8. *nos stamus erecti*: v. 9.

IV. Repetitionem suspirii superioris, tum de *salute regis*, tum *subditorum*, deque *amborum exauditione*; v. 10.

PSAL-

(2) Solatium afflictorum morientiumque optimum, gratiosum Dei evangelium. De cujus dulcedine in *L. de Evangelio*: *Sirac. XXIV, 27.*

USUS E VERSU XII.

(1) Servum te Dei ubi vis gere, & gaude.

(2) Admonitiones verbi admittenda sunt obsequiosè sine murmure carnali aut excusatione frivola, fructus ferendi in patientia: *Luc. VIII, 15.*

(3) Merces pietatis est copiosa: *1. Tim. IV, 8. etiam si prorsus indebita*: *Rom. XI, 35.*

USUS E VERSU XIII.

(1) Errores & delicta hominum sunt prorsus innumera, exploratu impossibilia. *L. de peccato.*

(2) Diversa peccatorum dantur genera: quaedam grandia, quaedam minora, nulla non ex se mortalia, &c.

(3) In propriis plerumque cæcutescimus.

(4) Occulta Deo perspektissima.

(5) Emundari tamen à peccatis in tempore gratiæ possumus, modò gratiæ media fide suscipiamus. *L. de Justific.*

USUS E VERSU XIV.

(1) Superbi, nec non superba audacium facta, periculum creant piis exitiosum. *Vid. I. præcept. nec non Conversatio prava*: *item Peccatum voluntarium.*

(2) Deus est; qui à criminibus nos custodit, qui alias à mundo, carne atque Satana seduceremur facit. *Invocari tamen ob id vult devotè, v. g. petit. VI. Ac proinde Liberi arbitrii vires hic parum præstant.*

(3) Dominium vel tyrannis potius, superbiorum malum est molestissimum.

(4) Perfectioni studendum, *Matth. V, 48.*

(5) Licet carere hic nequeamus peccato omni, carere tamen per Dei gratiam possumus & grandi & copioso. *L. de Bonis Operibus.*

(6) Ut emundemur à criminibus, solum obtinetur per *Semen mulieris benedictum*: *Gen. III, 15. 1. Joh. I, 7.*

USUS E VERSU XV.

(1) Deo placet precatio, si petat propter Dominum: *Dan. IX, 17. 24. Joh. XVI, 23.*

(2) Deus solus nostrum per fugium ac Redemptor, *Immanuel* est, qui jure consanguinitatis nos vindicavit tanquam *Goël*. *Job. XIX, 25.*